Dominico die. lectionib; uacent omnes. ex
ceptis his. qui uariis officiis deputati sunt;
Si quis uero ita neglegens. et desidiosus fue
rit. ut non uelit. aut non possit meditari.
aut legere. iniungatur ei opus. quod faciat
ut non uacet; fratribus infirmis aut delica
tis. talis opera aut ars iniungatur. ut nec
ociosi sint. nec uiolencia laboris obprime
tur. ut effugentur; Quorum inbecillitas
ab abbate consideranda est; DE OBSERVAN
Licet omni TIA QUADRAGESIMAE
tempore uita monachi quadragesi
me debet obseruacionem habere. tamen
quia paucorum est ista uirtus. ideo suade
mus istis dieb; quadragesime. omni purita
te. uitam suam custodire; Omnes pariter
neglegencias aliorum temporum. his diebus scis
delere; Quod tunc digne fit. si ab omnibus
uicis temperemus; Orationi cum fletib;
lectioni et conpunctioni cordis. atque
abstinentie. operam demus. Ergo in his dieb;